

## De Consultandi Ratione.

83

**A** presentibus, aut futuris rebus. Ac in unoquoque pro rerum discriminē, quarum cognitio querit, de certis rebus pertractandum. Alia enim salutem, aut mortem præfigunt; alia morbi longitudinem, aut breuitatem: alia rerum causas; alia effectus ostendunt. Communē tamen singulis est, quod ex signis suis uniuersa consideratio instituatur, & quibus naturam eius, de quo agimus & denique quod querimus, intelligentius. Est illud quoque commune, quod omnis cognitio vel de re præteriti, presenti, vel futura proponatur. Quin & illud à nobis alibi ostensum est uniuersa signa à quatuor fontibus duci, nempe à rei essentia, causis, effectibus, & proportione, sine cum alijs similitudine. Nec est quod peculiarem hoc loco tractationem quispiam à nobis requirat, quando horum explicatio integrum opus postularet, quod de signis quatuor libris distinctum iamdudum edidimus: tamen rudiōrum gratia obiter ostendimus exemplo quod ars ipsa in hac re singulis promittit. Querat ergo aliquis à medicis, an is, qui morbo aliquo laborat, moriturus sit, vel cūfurus. Dicet de hac re in consultatione medicus, ita ut omnes signorum fontes consulat, & interim à certo principio auspicetur, quod huiusmodi esse potest. Quoniam de salute, aut morte nobis præfigendū est: ideo breuiter de hac re dicam. Et quia morbus illos salutares fore credimus, quos vel natura vel ars, expugnare possunt, lethales verò illos præuldemus, qui naturæ, artisq; vires exuperant, ex signis, colligo hominem hunc moriturum. Imprimis quod morbi genus sit febris, atque ea quidem putrida, vehemens, continua, maligna, composita, inordinata, inæqualis, quæque omnia tempora habeat longa, grauia, & apta, nataque sit ob certam quandam proprietatem petimere. Et si quæ aliae à forma morbi, genere, differentijs, partibus, & proprietatibus notæ sumi possunt, in medium adferendæ. Postea verò fontem alium excutiet, qui causas continet. Erit enim lethalis morbus is, qui vita fontem, uniuersumque corpus occupauerit, penitus insedecrit: si ex bile æruginosa in corpore infirmo, c. cochymo, & adstricto constituerit: Si usidæ causæ illam pepererunt, subfiant verò infirmæ viles, quæ reluctari debent: Si nulli ab initio adhibiti fuerint remedia, aut illæ matū; aut si commoda, non tamen profuerunt; aut si non iuvant nisi maxima; aut si illa desunt, quæ sola prodeesse possunt: Si aliae adsunt causæ, quæ augent, sequentque morbum, vt aer ambiens, locus, animi perturbationes, & alia huiusmodi, quibus aliquando resistere nequeunt ægrotantes, nec medici succurrere valent. Ac (vt semel dicam) ex generibus causarum signa petenda, quæ idem pariter monstrant. Quærenda postea sunt indicia, quæ ex affectibus petuntur: ex actionibus inquam, excrementis, qualitatibus corporis, aut alijs operibus, quæ in eo peraguntur. Nam lethale est in febris, si pulsus deficiat, aut intercipiatur, celerrimi, cereberique euadunt: si continuum adest delirium, aut accedunt contusions; vel languidissime mouentur membra, aut præter voluntatem ad pedes labitur qui laborat; si non appetit, aut sitim non sentit; quum lingua est aspera, aut nigra; & excrementa penitus retinentur, aut præter voluntatem emittuntur, aut excernitur quod corpori est familiare; vel plurimum in qualitatibus sunt mutati: necnon quum frigent perpetuo extrema, interna verò vruntur: et tis liescit, aut nigritis. Luidisque pustulis aspergitur, vel præter modum squallidi, duraque redduntur. Hoc enim, & similia mortem præfigunt ex febre. Postremo spectandum est, quid alijs euenerit, qui forte eodem tempore morbo eodem laborant. Nam si omnes, aut pluri- mi perierunt, consentientibus alijs notis, mortem præfigiemus venturam. Ac ex hoc yno exem- plō instrui poterit rudiōr medicus ad alio cognoscenda.

*De quibus differendum sit, quum de actione aliqua consultamus. Cap. V.*

**E** **V**ot, & quæ sint Medicis officia alibi diligenter ostendimus; & id etiam paulo ante obster cōmemorauimus. Verū quoniam multi in singulis officijs eōia pertractāda sunt, ne coquimur eadē superfluo labore repeteret, operæ pratiū esse dico tē in uno patetface re, & singula diligenter pertractare, ex quo quæ ad alia officia pertinent, nullo negotio intelligentur; à nobisque postea quadam ueluti affinitate trahentur. Et quia ægrotatiū beneficio potissimum medicorū consilia queruntur; in his placet expedere de quibus sit dicēdu. Nam non solum ea, quæ ad reliqua officia pertinent, hoc intellecto, facile postea patet; sed etiā frequētius in usum veniunt de ægris cōsultationes, habentq; hæc mīore, quæ alia, difficultatē: adeo ut pleniorē arte expostulent, qui cognoscamus quid cōueniat; quidq; alienū sit, doceatq; tis quæ insuetato ero- re sunt recepta, patet faciat. Inualuit eterī apud eos fore medicos hæc cōsuetudo, vt quū de ægrotū sa- lute deliberandū est, imprimis de æ gri naturali tēperāmeto, corporisq; structura, deinde de morbi na- turā, causis, signis, & postremo de curandi ratione dicant: idque eo (vt puto) persuasi de temperame- to primum agendum esse censem, quod nōmo intelligere possit, quæ obliqua sunt, & naturæ contra- tria, nisi prius eo intellecto quod est rectum, & secundum naturam. In qua re plurimum aberrare mīhi videntur. Primum quod s̄p̄ius de temperamentō temere agant. Quādū enim nonnulli sint morbi, qui constante naturali temperie alia ratione affligunt, quales sunt, qui structuram dissimilariū partium, conformatiōis, magnitudinis, numeri compositionisque virtio labefactant, quid opus est

Ioan. Argent. De Consultandi Rat.

F 2 (quæso)